



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XXX. Bischof Vollrad von Halberstadt und der Archidiaconus Balsamiens
bestätigen dem Hospital zu Stendal die Kirche in Ostheeren, im Jahre
1272.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

XXX. Bischof Volrad von Halberstadt und der Archidiaconus Balsamiens bestätigen dem Hospital zu Stendal die Kirche in Ostheeren, im Jahre 1272.

Volradus, Dei gracia Halberstadenfis ecclesie Episcopus, Christianus, Scholasticus, Archi-Diaconus Balsamie, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Donationem ecclesie in Osterne, quam illustres principes Johannes, Otto et Conradus, fratres, Marchiones Brandenburgenses, hospitali sancti Spiritus in Stendale fecerunt, in nomine Domini confirmamus, salvo omni jure, quod Archi-Diaconus Balsamie prius in ipsa ecclesia obtinebat, excepto eo solo, quod idem hospitale ipsius loci Archi-Diacono loco synodatici dabit duos solidos annuatim. Et ne cuiquam super hoc imposterum dubium generetur, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum Anno Domini MCC. septuagesimo secundo, Pontificatus nostri Anno septimo decimo.

Befmann's Beschreibung a. a. D. Sp. 123.

XXXI. Die Markgrafen Johannes, Otto und Conrad verleihen der Stadt Stendal die Zollfreiheit zwischen der Ucht und Tanger, am 28. April 1275.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Johannes, Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, vniuersis Christi fidelibus presentem paginam visuris in perpetuum. Ne fluxus temporum ac rerum oblivio abolere poterit, que coram nobis aguntur, conuevimus ea literarum testimonio eternare. Pateat igitur tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, quod nos de consensu dilectorum fratrum uniuersorum fidelibus nostris burgenfis et consulibus Stendaliensibus omne theloneum, quod ex parte nostra et officialium nostrorum infra Vechtam et Tangeram, excepto theloneo in civitate Tangermunda, usque ad hec tempora est acceptum, liberum relaxamus, et damus tam eis quam omnibus dictam viam transeuntibus, de quacunque fuerint terra, quascunque duxerint merces, eadem perfrui libertate. Pro tali itaque favore, dictis nostris Burgenfis nec non toti terre impenso, predicti nostri Burgenfis nobis in plautro vini libero animo seruiunt. Ut autem omnia, que prescripta sunt, irrefragabiliter et perhenniter obseruentur, presentem literam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri, adhibitis nihilominus testibus ydoneis, videlicet Domino Johanne dicto Gantz, Domino Johanne de Buc, Domino Thiderico de Wolsterbosch, Domino Conrado de Quitfow, Domino Johanne de Stegelyz, Domino Redingo, advocato in Tangermunde, Domino Willekino, nostre curie pincerna, et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et Datum Havelberg, Anno Dominice incarnationis M^o. CC^o. LXXV^o. quarto Kalend. Maji, per manum nostre curie notarii Johannis dicti de Brunswik.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives 15.